

19.

E. 10. num. 10.
1761, 18

FACULTATIS IVRIDICAE
H. T. PRODECANI ET SENIORIS
**CHRISTIANI GOTTLIEB
BVDERI D**
BREVIS OBSERVATIO
**DE CANONICO IVBILARIO
SIVE IVBILAEO**
IN
ECCLESIIS GERMANICIS CATHEDRALIBVS.

P. 308.

SVB QVO ARGVMENTO
AD
PRAENOBILISSIMI
SVPREMORVM IN IVRE HONORVM
CANDIDATI
CAROLI CHRISTIANI FRIDERICI
KELLNERI

HERBSTLEBIA - THVRINGI
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
AD D. XV. IVLII M DCC LXI.

DE
FVRTO ARMATO
SECVNDVM CONSTITVTIONEM CRIMI
NALEM CAROLINAM SPECTATO
HABENDAM INVITAT

I E N A E
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



CHRISTIANI GÖTTLIEB
BADERI
DE GANONICO IURIBUS
SIVE IURIBUS

REGNISSIMIS GERMANICIS CATHEDRALIBUS

AD QUOD ARGUMENTO

PRAEFATIONE

AVERTENTEM IN IURE HONORVM

C A R O L I

CAROLI CHRISTIANI THEODORICI

KELLNERI

HERSLEBENSIS - THURINGI

DISSERTATIONEM IN AUCTORITATE

AD QUOD IURIBUS

DE IURIBUS

SECUNDUM CONSTITUTIONEM CRIMI

NALIS CAROLINAM SPECTATIS

IN AUCTORITATE

IN AUCTORITATE



DE
CANONICIS IVBILARIIS,
SIVE
IVBILAEIS.



Patriae nostrae Germaniae insignem splendorem conciliant *Capiula Ecclesiarum*, cum primis *Cathedralium*, inque his ex flore Nobilitatis vtriusque Gentilitiae et Literatae *) selecti Viri *Canonicatus* et *Dignitatibus* harum *Ecclesiarum* ornat. De *Canonicis* equidem plures prostant Libri, quorum multi v'sitata *Canonici Iuris* interpretibus commentandi ratione scripti, vbi vnus alios descripsit, pauciores erudite et solide exarati, ac luminibus medii aevi illustrati chartarumque Archiuialium praesidiis corroborati, leguntur. Hos studiose euoluenti ac perquirenti occurrebant variae *Dignitates Canonicales*: Praepo-

a 2

sito

*) conferri potest illustris Viri GEORGH LVDOVICI BOEHMERI cultissimae doctrinae Observatio Programmaticae forma *Gottingae* 1754.

proposita, et quae sub meo Praesidio producta an. 1753. *Diss. de Iure Doctorum ad Canoniceatus, Ienae* 1753. 4.



storum, Decanorum, Custodum, Cantorum, Cellerariorum, Thesaurariorum, Scholasticorum, Capellanorum honoris et Imperialium, sed honoratae et insignis CANONICI IUBILAEI siue IUBILARII huiusque *Dignitatis* et Praerogatiuarum etiam in optimis et eruditis de *Canonicis* commentariis, rariorem factam commemorationem atque descriptionem legi. Tales autem honores et praemia *Senit*, cum egregiis emolumentis, in Cathedralibus Germaniae Ecclesiis per multos cumprimis *L. annos* meritis Praelatis conferri *Catalogi Canonicorum* commonstrant. Operae igitur me eruditis huius pagellae Lectoribus pretium facturum putavi, si hac occasione de *Canonicis Iubilariis*, quam *dignitatem* in paucissimis de Canonicis ex instituto scriptis editisque canonicae doctrinae singularibus Libris *) annotatam esse vidi, quaedam obseruarem et sic hiatum aliquem supplerem. Causa huius lacunae potissimum a defectu necessariorum subsidiorum, *Statutorum Cathedralium Ecclesiarum* et similium Archiualium documentorum est repetenda, quae diuersis sacris addictis difficile patent. *Canonicus* autem *Iubilarius* est Clericus maior in Ecclesiis maxime cathedralibus RCatholicorum, rarius Protestantium, ob certam aetatem senilem vel ad senium vergentem et merita ac possessionem Canonicatus per *L. annos* continuatam, certis solennitatibus IUBILARIUS creatus, variisque praerogatiuis ac immunitatibus gaudens. Constant haec ex iustae fidei monumentis et egregiis exemplis, nimirum: in *Moguntina* Metropolitana Archi-Ecclesia An. 1327. die 9. Maii Venerabilis Generosus ac Nobilis D. *Henricus* ex familia Baronum (*Reuß*) de *Plauen*, Decanus Coloniensis et Canonicus Moguntinus, completis 45 annis *sessio-*

*) vtpote IOANNIS MOLANI de *Canonicis et Dignitatibus* Tra-
 Louaniensis Professoris de *Canonicis* stu, AVGVSTINI BARBOSAES
 Libris tribus, Louanii 1670. 8. formis Lugduni Gallorum 1648. f. reculo,
 impressis, et rarioribus; In amplissimis Iubilarii nullam legi mentionem.



sessionis Praebendae suae, pro IUBILARIO *admissus est* *). Anno vero Domini 1537. die Martis, quarta Septembris *Laurentius Truchseß* Canonicus *Ecclesiae Herbipolensis*, *L. annorum* celebravit *Iubilaeum* in Ecclesia eadem, iuxta formam Statutorum **). *Traiectensis* Archiepiscopatus *Ecclesiae Iubilarios* Canonicos honorarunt et per 50. annos *promeritos*, seruitiis deinceps et officiis exemerunt solenni ritu. Exemplum ex Chartulario *S. Petri Traiectensis* more suo ***)) elegantissimum in illustrandis Iuris Canonici doctrinis attulit Iurisconsultus ANTONIVS MATTHAEVVS, et commemoravit: Anno Dn. 1500. die 15. Martii Venerabiles DD. Decanus et Capitulum *S. Petri Traiectensis* Venerabilem et egregium Virum et Dominum Dn. et Magistrum Theodricum Byndop, eorum confratrem, qui iam *L. annis* dictae Ecclesiae Canonicus extitit instantem et petentem ad *celebrandum* IUBILAEVM, vt moris est, admiserunt, ipsumque ab omni officio et seruitio pariter et onere sibi incumbente occasione dictorum Canonicatum et Praebendae iuxta Statutum de *Iubilariis* per quinque Ecclesias desuper editum, saluis horis Canonicis legendis, absoluerunt. Nostris temporibus in eminentissimis Ecclesiis Germanicis dignatione ac Praerogatiuis *Canonicorum Iubiliorum* gaudere illustres meritis Praelatos Catalogi Templorum Cathedralium ostendunt condocentque *). Vt autem de ritibus et forma creandi

a 3

Cano-

*) quae annotatio ex MS. Coaevo inserta est VALENTINI FERDINANDI L. B. de GVDENVVS Camerae Imperialis Adfessoris meritiissimi Codici Diplomatico Anecdotorum Res Moguntinas illustrantium Tomo IV. N. CCXCVI. p. 619.

**)) manu *Truchseßii* summi et egregie meriti Viri haec consignata sunt in Codice MSC. inscripto: *Variae*

causae ad Capitulum Ecclesiae Herbipolensis spectantes pro Dno Laurentio Truchseß Seniore Canonico et IUBILARIO MDXLI. in F.

***)) *Manuductione ad Ius Canonico-* L. I. p. 101.

*) studiose indicati in amplissimi Viri Dn. GOTTLIEB SCHVMANNI *Genealogischem Hand-Buche* Edit. recent. Dn. Kriebelü, erant hoc tem-



Canonicum Iubilium curiosis Lectoribus constet, damus
ex Libro Herbipolensi MSCto LAVRENTII TRUCHSESSII
Creationem ita formatam:

„Ego N. Decanus; vel Ego N. Senior huius Ecclesiae ac
„Capituli nominibus et auctoritate facio, creo et pro-
„nuncio Te Iubilium, eximens Te a quibuscunque adli-
„bus Ecclesiae secundum formam et Statutam Ecclesiae
„desuper emanatum in Nomine Patris et Filii et Spiritus
„Sancti Amen.

„Et imponit sibi *Crimale*, i. e. Sertum

In *Iubilario* Moguntino hi ritus obseruati *).

„Pulsatum ad Horas diurnas et ad Missam, sicuti in festis
„Dominorum, demptis Vesperis. Sub decantatione Pri-
„marum praedictus Dominus, absque Crinali et Serto
„venit stetitque in supremo latere Cantoris. Missa vero
„celebrata et cantata per Canonicos de Sanctissima Tri-
„nitate in ornatu antiquo samathino praesentibus Cadu-
„eatoribus. Altare mansit in suo feriali vestito et Orna-
„tu. Finitis Missarum solemnibus, et Nona cantata exiuit
„IUBILARIUS inter duos supremos Praelatos ad *Locum*
„*Memoriae* (Sepulchra ArchiEpiscopalia) et ad Aulam Ca-
„pitularem, in qua brevis Oratio habita per Concionato-
„rem D. Fridericum Nauseam.

Quas

pore in Ecclesiis *Moguntina* p. 141.
Treuirensi p. 144. *Coloniensi* p. 144.
Theaurarii, Wurceburgensi p. 177.
178. *Eichstadiensis* p. 181. *Constan-*
tienfis p. 185. *Frisingensi* p. 194.

Canonici Iubilarii insignes Viri et
Praelati.

*) *Codex Diplomaticus GVDENI*
p. 619.



Quae autem Praerogativa iura, honores et Privilegia in Capitulo Excelsae Ecclesiae Wirceburgensis accipiat habeatque Iubilarius docet Articulus ex Forma Iubilantium Canonorum Ecclesiae Herbipolensis **)

his verbis expressus:

„A quibus autem *Iubilatus* exemptus esse, et quae sibi
 „de Fructibus, emolumentis et Iuribus cedere ac reservata
 „esse debeant, in hunc qui sequitur modum volumus et sta-
 „tuimus servandum. Quod *Iubilatus* a quibuscunque acti-
 „bus, oneribus et laboribus, in choro, foro et Capitulo
 „exemptus esse, habere quae habere debet plenam au-
 „ditoriam et facultatem hic et alibi essendi absque eo,
 „quo absens fiat et quidem nihilominus respondeatur sibi
 „de omnibus ei singulis fructibus, redditibus, obventioni-
 „bus oblegiis et emolumentis Canonico Capitulari prae-
 „senti, tam per praepositum quam per Scriptores Portae et
 „Oblegiorum seu alios Officiales Capituli ministrandis et
 „persolvendis, etiam quotidianis distributionibus singulis-
 „que Praesentis tam in Ecclesia quam in Capitulo distri-
 „buendis, dummodo saltem in civitate Herbipolensi intra,
 „seu in Suburbis eius Haugis, ad S. Burchardum, ad S. Aff-
 „ram, in der Schenckgassen, seu in den Bleychen extra mu-
 „ros Herbipolenses personaliter fuerit seu moram traxerit.
 „Si vero in Civitate Herbipol. intra ac in suburbis eius
 „supernominatus non fuerit sed extra ac ubi voluerit tunc
 „in Choro quotidianas distributiones et in Capitulo prae-
 „sentis non habebit, licet omnia alia sibi ut praemittitur
 „cedere debeant, ac si corporaliter praesens esset. Reserva-
 „tis sibi nihilominus singulis *Honoribus*, Iuribus, Voce Ca-
 „pitulari in consulendo, diffiniendo, promovendo et im-
 „pedi-

*) decerptus ex Codice MSCto auctoritatis atque experientiae.
 TRUCHSESSII, Canonici magnae



„pediendo, similiter et in eligendo actiue et passiuè Capi-
 „tulumque dum hic presens fuerit sibi indici debet non ta-
 „men sub poena. In Electionibus etiam faciendis in locis
 „vnde vocandus est constitutus vocari debet, praesertim
 „etiam Ius conferendi siue presentandi ad Canonicatus et
 „Praebendas ac alia Beneficia occasione Mensis seu per
 „Quartas cum facultas se obtulerit saluum sibi consistat Ce-
 „duleque Collationum sibi sicut alteri hic presenti distribui
 „debent.

Hec omnia per *Crinale* per Decanum.

Finitis in Capitulo et *Templo Cathedrali* ritibus et solen-
 nitatibus renunciatus declaratusque *Iubilarius Canonicus*
 Collegas *Epulo* excipere solebat, in Ecclesia vero *Mogunti-*
na *) anno 1557. *Henricus Ruthenus* de *Plauen* ad *Prandium*
 solos *Capitulares* inuitatos voluit, exclusis omnibus aliis.
 Cuilibet vero personae inclusis famulis campanatorum, sacri-
 starum, Rectore, Choralibus Panis magnus et integrum
 quartale vini datum est. Finitis vero anno 1500. in Eccle-
 sia Cathedrali *Traiectensi* solennibus Magister *Theodoricus*
Byndop Canonicus Iubilarius factus **) Dominos Decanum
 et Capitulum, singulariter singulos, fraternaliter et amica-
 biliter ac benigne ad prandendum secum in domo sua Do-
 minica Laetare, quae erat xxix. eiusdem Mensis Martii in-
 uitauit. Quo aduenientibus eidem Venerabilibus Dominis
 meis solempne prandium cum diuersis Piscium generibus tam
 assatis quam bullitis, cum diuersis speciebus et passis, ac vi-
 num habundantissime propinauit etc.

G. de Merlo.

Non

*) testimonio MS. coeui in GVBENI *Cod. Diplomat. Tom. IV. p. 619.*

**) laudatus MATTHAEI *Manu-*
ductione ad Ius Canon. p. 101.



Non incongruum forte erit haec annotare et praemittere, dum indicere officii ratione debeo solennitatem inauguralem Praenobilissimi supremorum in Iure honorum

C A N D I D A T I
CAROLI CHRISTIANI FRIDERICI
KELLNERI

HERBSTLEBIA-THVRINGI

qui vt omnia legitime fierent Nostro Collegio probavit honestissimos Natales exhibita breui originis et vitae narratione, his verbis descriptae

Ego CAROLVS CHRISTIANVS FRIDERICVS
KELLNER primam aspexi lucem Herbslebiae
c1010ccxxxviii. III. die Mense Augusti. Patrem sum
adeptus GVILIELMVM MARTINVM Herbslebiae
Pastorem, inter coelites nunc triumphantem, matrem
AVGVSTAM REGINAM ex gente WENZINA
ortam, quam summum Dei numen vsque ad ferissimos
conferuet annos incolumem. In linea materna summa pie-

b

tate



rate memoriam colo perennem, Aui IOANNIS
 GVILIELMI WENZINI Arnstadii quondam Consilarii,
 Consulis, Senatusque Syndici. Nam hic non solum ab
 ineunte aetate semper optimi aui officia praestitit, sed et-
 iam quum aetatem consequutus essem ad excolendum in-
 genium aptam nihil omisit, quod ad meam felicitatem con-
 ferre potuit amplificandam. Eo consilio me primum Ly-
 ceo, quod Ordruffii floret, tradidit, vbi spatium aliquot an-
 norum commoratus, petii Lyceum Arnstadiense. Summa
 grati animi significatione recordor diligentiam et beneuo-
 lentiam, Viri Clarissimi et Doctissimi IO. CHRISTOPHORI
 OTTONIS Rectoris et Magistri philosophiae, qua me sem-
 per excepit. Tandem profectus sum Gotham, vt etiam
 Doctorum patrii Gymnasii institutionibus interesset inque
 solenni oratione Moecenatibus me commendarem. His
 absolutis, factum est, vt Academiam petere potuerim itaque
 me Ienam contuli, vbi sub auspicio Prorektoris t.t. faeces aca-
 demicos tenentis illustris STOCKII, nunc inter bea-
 tos relati in ciuium academicorum numerum sum receptus.

Magne



Magno honori fortunaeque mihi duco, quod mihi fors
ita arriserit, ut praelectionibus, in Logicam, Ius Naturae
et philosophiam moralem, Institutiones Imperiales, Histo-
riam, Pandectas, Ius Criminale, Canonicum, Feudale, Publi-
cum, Collegium Elaboratorio Praedictum, Examinatoria atque
Disputatoria Virorum Magnifici, illustrium, Excellentissi-
morum, Consultissimorumque HELLFELDI, SCHMIDTIO-
RUM, DARIESII, POLZII, KOCHII, TITTELI,
MOECKERTI uti potuerim.


Legalis deinde suae et laudabilis acquisitae doctrinae co-
piae, ad Statutorum normam binis examinibus et interpre-
tationibus Legum doctis eximie comprobavit. Restat ter-
tium eruditionis iuridicae documentum, publica et so-
lemnis in Auditorio Iurisconsultorum Disputatio de *Fur-
to armato secundum Constitutionem Criminalem Carolinam
spectato*, ad diem xv. Iulii MDCCLXI. declarandum
sub grauiissimo Moderamine Viri, solida eruditione, no-
minis celebritate et meritis illustris IurisConsulti Dn.
IOANNIS CASPARI HEIMBYRGII Consilia-
rii Aulici Saxo Gothani et Saxonici Ducalis Coburgen-



sis intimi, Collegiorum, quae Ienae sunt Dicafteriorum,
Praefidis Ordinarii et Adfessoris Curiae Prouincialis me-
ritissimi. Ad cuius Actus honorificum splendorem xv. Iul.
Dn. Magnificum Academiae Rectorem, et Magnificum
Dn. Rectorem in futurum semestre designatum, Profes-
sōres Omnium Ordinum celeberrimos, Hospites ho-
noratissimos, Academiae Ciues literatos Generosissimos et
Nobilissimos, ea qua possum obseruantia et humanitate
inuito vtque faueant rogo oroque. P. P. sub
Sigillo Facultatis d. xii. Iulii

M DCC LXI.





ULB Halle

007 769 13X

3



1318







B.I.G.

Farbkarte #13

19.

~~E. 10. num. 10.~~
176/1 18

FACULTATIS IVRIDICAE
H. T. PRODECANI ET SENIORIS
**CHRISTIANI GOTTLIEB
BVDERI D**
BREVIS OBSERVATIO
**DE CANONICO IVBILARIO
SIVE IVBILAEO**

P. 200.

IN
ECCLESIIIS GERMANICIS CATHEDRALIBVS.

SVE QVO ARGVMENTO
AD
PRAENOBILISSIMI
SVPREMORVM IN IVRE HONORVM
CANDIDATI
CAROLI CHRISTIANI FRIDERICI
KELLNERI

HERBSTLEBIA - THVRINGI
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
AD D. XV. IVLII M DCC LXXI.

DE
FVRTO ARMATO
SECVNDVM CONSTITVTIONEM CRIMI
NALEM CAROLINAM SPECTATO
HABENDAM INVITAT

I E N A E
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

